

morbis, aliisque permultis olim accidisse, ex quibus pauci homines superstitēs fuerint. **CL.** Valde id cuique verisimile. **ATH.** Age ita de multis vni hoc exitum quod illatione factū est, perspicimus. **CL.** Quid in hoc cogitare nos iubet? **ATH.** Nempe eos qui eadem tunc euaferūt, montanos quosdam pastores fuisse, in montū cacuminibus pauca femina ad propagandum genus hominum conseruata. **CL.** Pareat. **ATH.** At qui necesse est eos & aliarum artium fuisse expertes, & auaritie cōtentionisq; studia inter ciues, exteriorūque aduersus alios astitas ignorasse. **CL.** contentaneum id quidem. **ATH.** Ponamus etiam campēstres, & maritimas vires funditus illo tempore perisse. **CL.** Ponamus. **ATH.** Instrumenta igitur omnia & quæcūq; artium siue ad disciplinam ciuilem, siue ad facultatem altam pertinentium extabant inuenta, concidisse illis temporibus asseremus. **CL.** Quomodo enim, o vir optime, si hæc in sempiternum ita se vt modo habentia permāserūt, nouum quicquam alicui esset inuentum? Nempe quia innumerabiles quædam multitudi annorum ignorabatur ab illis. Mille autem anni vel duo milia intercesserūt ex quo quicquam dicitur, partim Dædalo, partim Orpheo, partim Palamede inuentum. Sicut quæ ad musicam pertinent, Marlyæ, & olimpo: quæ ad lyram, Amphioni attribuntur: aliæque alius multa, vt ita dicam, heri & nudius tertius adinuenta. **ATH.** Vidēsne, Clinia, prætermissum abste esse alicui, qui verē heri fuit. **CL.** An Epimenidem dicis. **ATH.** Hunc equidem. Logē enim hic nouarum rerum ex cogitatione omnibus apud vos excellit, o amice. Quod sanē verbis olim Hesiodus diuinavit, re autē Epimenides ipse perfecit, vt vos asseritis. **CL.** Asserimus planē. **ATH.** Ex ea vtiq; deualtatione magnā terribilēq; humanis in rebus deualtationē accidisse tūc arbitramur. Fertiliū agrorum magnitudinem deseruam, ceterisq; animalibus corruptis vix boum caprarūq; genus & illud quidem rarū relictū fuisse, quibus pascenduntur homines vitam agebat. **CL.** Cui dubium? **ATH.** Ciuitatis verō & disciplinæ ciuilis & legum de quibus præsens a nobis sermo habetur, nūquid memoriam quidem vllā, vt ita loquar, fuisse putamus? **CL.** Nullam profus. **ATH.** An non ex illis ita dispositis nobis hæc omnia prouenerunt, ciuitates, disciplinaq; ciuiles, artes, leges, & virtiorū atq; virtutis nō parua copia? **CL.** Quo pacto id ais? **ATH.** Nunquid arbitramur, o vir iustice, eos homines cū multorum qui inter ciues honesta habētur vel turpia, ignari essent, summos vel in virtute, vel in vitio extitisse? **CL.** Probē dixisti, & quod vis intelligimus. **ATH.** Tempore igitur progrediente, ac genere hominū multiplicato, ad eum quem nunc videmus habitum, prouecta omnia sunt. **CL.** Rectē admodum. **ATH.** Neq; tamen fibro vt verisimile est, sed paulatim longoq; in tempore. **CL.** Valde sic deceat. **ATH.** In campos enim ex cacuminibus mōtiū recens formido descendere prohibebat. **CL.** Certē. **ATH.** Nōne & propter paucitatem illis temporibus mutuo inter se aspectu congratulabantur, præferim cum neque terra, neq; mari transitus ad alios facilis fuerit, omnibus ferē ad transitū instrumentis delectis vna cū artibus? Quapropter inuicem cōuenire non admodum, vt opinor, poterant. Ferrum namq; & æs & metalla omnia confusa perierant, vt inuenti & in lucē erui non possent, vnde & lignorum fabri non erant. Nam & si aliquid instrumen-

tum relictum quandoque in montibus superfuerit, cito tamen contritū euanescere alia fieri poterant, antequam ars metallica hominibus iterum inueniretur. **CL.** Quo enim pacto aliter fieri potuisset? **ATH.** Quot autē generationibus postea id factum esse putamus? **CL.** Profecō multis. **ATH.** Igitur artes quæcūq; ferro vtuntur, & ære, ceterisq; huiusmodi omnibus, eodem tempore, mo etiam maiore ignorantia tenebris obfusa ignorabatur. **CL.** Certum id est. **ATH.** Quinetiā neq; sedicio illo tempore, neq; bellum erat. **CL.** Qua ratione? **ATH.** Primo quod propter solitudinē ardens se inuicē benevolentia complectebatur. Deinde quod cibus bellum non cōcibat: Pascuorum enim nulla erat inopia, nisi fortē quibusdam paucis ab initio. Pascuis autem plurimum illis temporibus vitæ agebant. Lacustrem & carnum copia non deceat. Ac venatio facile alimēta, nec illa quidem mala, suppeditabat: velutis præterea, stramentorum, habitaculorū, vasculorūq; tam igneorum, quam non igneorū copiam habebant. Artes quippe fingendi atq; texendi ferro non indigent, quibus hæc omnia de nutu cōsequimur, vt si quando homines in talem calamitatem deciderint, propagare genus humanū possent. Hac de causa non valde inopes erant, neque inopia compellebantur ad bella. Diuites etiam fieri minime poterant, quum neq; aurum, neq; argentum haberent. In quo cūque verō hominum cœtus, nec inopia, neque diuitias sunt, hinc iustissimi mores aderunt. Neque enim ibi cōtemelia, neq; inuicem locū habet. Aemulatio quoque & inuidia procul abest. His igitur de causis boni erant, ac maxime propter simplicitatem. Quæcūq; enim adiebat honesta esse vel turpia, propter simplicitatem credētes esse vera, moribus obtemperabāt. Nec vllis propter sapientia opinione, vt modo fit, de mendaciosa suspicabatur, sed quæ de diis & hominibus dicebatur vera putantes, quietē ad hæc vitam suam instituebant. Quamobrem tales erant omnino, qualēs paulo antē narrauimus. **CL.** Ego quidē & hic tibi in his consentimus. **ATH.** Diximus porro generationes multas ita viuentes, tam illis qui ante diluuium fuerunt, quam hodiernis hominibus minore peritiam habuissent, cū ceterarum artium, tum belliarū quæ terra vel mari hodie exerceantur, iudiciorum quoque & seditionum quæ in ciuitate & verbis & operibus sedulo contendunt ad iniuriam aliis inferendam. Simpliciores autē fuisse & fortiores, ac simul modestiores, & in omnibus iustiores. Horum verō causam iam diximus. **CL.** Rectē loqueris. **ATH.** Dicta igitur ita hæc nobis sint, & quæ sequuntur idcirco exponantur omnia, vt intelligamus cur illis opus legibus fuerit, & quis leges eis condiderit. **CL.** Probē dixisti. **ATH.** An igitur illi nec legumlatoribus indigebant, nequēdum illis temporibus id fieri consueuerat? Literas enim nondum habebant illius temporis homines, sed consuetudinem & mores maiorum sequentes vivebant. **CL.** Verisimile est. **ATH.** Ciuilis disciplina iam & his modis quidam est. **CL.** Quis? **ATH.** Omnes mihi videntur disciplinam viuendi ciuilem illius temporis *horum* id est potentatum appellare, quod etiam nunc multis in locis & apud Græcos, & apud Barbaros viget, quod quidem in habitatione Cycloporum extitisse, ita testatur Homerus: Ad consulendum nunquam cōeunt publice, nec exercenda iudicia: sed in altis montibus caua antra inhabitant, spectantque

tisq; publicis, priuatim quoque vxoribus filijsq; dant iura. **CL.** Lepidus hic poeta vobis fuisse videtur. Atqui & alia nonnulla ipsius vidimus, valde illa quidem vrbana, nō multa tamen. Nos quippe Cretenfes peregrino poemate parum vitumur. **MEG.** Nos autem vitumur. Videturq; nobis poetas huiusmodi superasse, quamuis nō Laconicam, sed lonicam vitam potius vbiq; explicet. Bene autem verbis hic tuis attestari videtur, quom antiquitatē hominum per fabulas ad iustitiam viuendi modū reduxerit. **CL.** Sanē. **ATH.** Attestatur nimirum. Quapropter testimonio illius inducī credamus gubernationes huiusmodi aliquando fieri. **MEG.** Rectē. **ATH.** Nōne gubernationes hæc sunt ex hominibus ipsis qui per habitationes singulas, singulaque genera propter egestatē ex vastationibus facta dispersi viuunt in quibus semper antiquior dominatur, ex eo quod principium ex patre matreq; sumperunt, quos quidem quasi aues secuti gregē vnum consuecunt, parvis volutate pro lege vtētēs, & regnomiū iustissimi gubernant. **MEG.** Ita profus. **ATH.** Postea verō cōmunitur pluriq; confluentes maiores ciuitates cōstitunt, atq; ad agriculturas primū in montium radicibus conuertit, ex sepibus ambitus quasi muros vrbium ferarum causa condunt, vnam domum amplam communēq; cōidentes. **MEG.** Verisimile id quidem videtur. **ATH.** Quid autem hinc nōne etiam verisimile? **MEG.** Quidnam? **ATH.** Cū habitationes hæc maiores & minoribus primisq; sunt factæ, adesse paruarum singulas, quarum vnaqueq; adducat seniorē principem propriosq; mores, ex eo quod seorsum vixerint, & idcirco alios ab aliis parentibus educatoribusq; mores susceperint, quibus ad factū sunt singuli ad deos colēdos, scq; ipsos curandos, modestiores quidem à modestis, à fortioribus fortiores, & in ceteris omnibus prout singuli filios aut nepotes erudierunt, quorum ritus quasi leges proprias ad maiorem habitationem ferunt. **MEG.** Quid prohibet? **ATH.** At qui necesse est leges suas cuiq; in primis placere, aliorum verō leges loco secundo. **MEG.** Ita est. **ATH.** Sed videmur iam in ipsa quasi legum incunabula & exordium inscj ingressi. **MEG.** Ve que. **ATH.** Post hæc necesse est, vt qui conueniunt, aliquos ex seipsis cōmunitur eligant, qui omnium instituta nouerint, & quæ maxime ex his probauerint, ad communes quosdam populi duces quasi reges deferant. Earū verō legum quæ comprobata fuerint, ipsi latores nominabuntur: cōsistentēq; optatum gubernationem ex potentatibus, aut regnum aliquid, in hac ciuili disciplina mutatione cōuenient. **MEG.** Ita certē conuenienti successione continget. **ATH.** Tertiam itaq; disciplinæ ciuilis figuram iam dicamus, in qua species omnes & affectus rerum publicarum & ciuitatum reperitur. **MEG.** Quænam ista est? **ATH.** Ea certē est, quam Homerus post secundam tertio factam ita significauit. Dardaniam verō tunc terram ille edificauit. Nondum enim sacra Ilij memnia erant in campis stabat, multarum gentium ciuitas. Sed ad radices montis idæ fontibus habitabant. Profecō carmina hæc & superiora illa de Cycloporibus diuinitus & secundum naturam ipsam cōscripta sunt. Diuum enim poëtarum genus est: diis agitur, & sacros cōcinit hymnos. Vnde vera passim cum musis atq; gratiis tangere solent. **MEG.** Summo peie. **ATH.** Præcedentem igitur fabulam prosequamur. Fortē enim aliquid ex ea patebit ex iis quæ volu-

mus. An non sic oportet? **MEG.** Sic profus. **ATH.** Conditum igitur ex alioribus locis in magno pulchroque campo litum dicebamus, in colle quodam non alto, quo multi desuper ex Ida fluuij deluebant. **MEG.** Sic traditum est. **ATH.** An non longo post diluuium tempore id factum putamus? **MEG.** Quis non ita putat? **ATH.** Magna igitur eos deualtationis illius cepisse videtur obliuio, quando iuxta multos fluuios, & ab anterioribus locis fluentes vrbes condiderunt, scq; ipsos collibus exiguis crediderunt. **MEG.** Inde igitur perspicuum est multis seculis eos post diluuium vastitatem fuisse. **ATH.** Alix præterea multæ vrbes, iam tunc longius propagato genere hominum, colebantur. **MEG.** Quidni? **ATH.** Quæ scilicet & aduersus litum militarunt. Atq; per mare forsan, quasi iam omnes eo intrepide vtērentur. **MEG.** Apparet. **ATH.** Decennio autem Achii Troiam oppugnantes euerterunt. **MEG.** Planē. **ATH.** In eo igitur decennio quo Troia obsidebatur, multa mala domi obsidentibus Achiius propter seditiones inueniunt acciderunt, qui nec honestē, nec iuste in sua redeuntē milites receperunt, sed ita vt multi morte, multi exilio afficerentur. Qui rursus expulsi deducti sunt, Dori pro Achiius mutato nomine appellati, propter Doricum quendam à quo exules congregati & restituti fuerunt. Atq; hæc omnia vos, o Lacedæmonij, hinc narratis. **MEG.** Proculdubio. **ATH.** Cū sermo nobis de legibus institutis esset, in disputatione de musica & ebrietate digressi sumus. Nunc tandem quasi diuinitus ad idem nobis oratio reuoluta est, nobisq; quodammodo anas præbuit. Ad eam enim ciuilem disciplinam delapsa est, quam & Lacedæmone, & in Creta rectē quasi fratris legis instituta auerterat. Tantum verō ex hac oratione digressione lucratis sumus, vt dum per disciplinas ciuiles vrbiumq; habitationes transieremur, primam & secundam & tertiam ciuitatem perspeximus, alteram ab altera in tractu quodam longissimo temporis, vt nostra fert opinio dependētes. Nunc verō quarta hæc nobis ciuitas venit, aut si vultis quartum hoc hominum genus, quod & quandoque alicubi habitabit, & nunc iam habitat. Ex quibus omnibus si intelligere poterimus, quid bene vel cōtra in habitatione sit institutum, & quænam leges ipsorum conseruant ea quæ conseruantur, & quæ corrupta corrumpunt, & qualis institutio ciuiliū commutatio beatam, o Megille & Clinia, esse ciuitatem, satis nobis factum putabimus. Hæc omnia inquam, rursus tanquam ab initio nobis tractanda sunt, nisi fortē aliquo pacto quæ dicta sunt, respuamus. **MEG.** Si quis nobis hospes deus polliceretur, si disputationem delationem legum rursus aggrediamur, neque pauciora, neque peiora his quæ dicta sunt, audiretur esse, longum ipse hæc de causa iter faceret, & breuis mihi hæc dies videretur, quamuis ab æstiuā solstitio ad hycmalia deus modo vertatur. **ATH.** Consideranda igitur illa videntur? **MEG.** Maximē. **ATH.** Illa denique tempora cogitatione complectamur, in quibus Lacedæmon, Argi, Messenēq;, & eis cōiuncta omnia maioribus veltis Megille subiecta fuerūt. Tunc enim illud ipis, vt dici solet in fabula, placuit, vt tripartitō exercitū diuiso, vrbes tres haberent, Argos, Messenem, Lacedæmonem. **MEG.** Sic factum. **ATH.** Et argorum quidem rex Temenus factus est, Messenēs verō Cres-

phontes, Lacedæmonis autem Euyſthenes ſimulatque Patrocles. MEG. Sic vtiq. ATHEN. Coniuratur item omnes cum hoſtem futurum, qui cuiſquam ſporum regnum deualtare aggredere- tur. MEG. Planè. ATHEN. Dic verò per iouem, nunquid regnum vel principatus quiſpiam euer- tantur, vel euerſi quandoque ab aliis ſint: an à ſeipſis? An paulo antè cum in hunc ſermonè incidere- mus, id ita eſſe putabamus, nunc autem obli- tiſſimus? MEG. Minimè. ATHEN. Nónne idem magis nunc confirmabimus? ab hiſtoria enim rerù ge- ſtarù in quam incidimus, ad hoc affirmandum ad- monemur. Quare non circa vanum aliquid oratio- nem reuoluemus, cum rem geſtam ac veram dica- mus. Facta verò hæc ſunt. Tria regna, & tres guber- nate regno ciuitates legibus communiter de im- perando parendòque poſitis iuratur inuicem, re- ges quidem ne genere ac tempore progrediente violentius regnarent: populi autem ſi reges iuſtu- randum conſeruent, ne vnaquam regna labefa- ſcant, imò verò defenderent ſiquis vnquam ag- gredere. Reges quoq; regibus & populis, atque etiam populi populi & regibus, ſe ad mutuo pro- pulſandas illatas iniurias iuramento obſtrinxerunt. Nónne ita? MEG. Ita proſus. ATHEN. Quod autem in conſtituenda diſciplina ciuili maximum eſt, id ſiue reges, ſiue alij, leges tulerint, tribus illis ciuitatibus adſuit. MEG. Quid illud? ATHEN. Vt dux ſimul contra vnã inſurgerent, quæ poſitas leges tranſgredere. MEG. Manifeſtum id quidem. ATHEN. Illud etiam legiſlatoribus multi præ- ciipiunt, vt leges huiusmodi ferant, quales multitu- do & populus libenter ſuſcipiant, perinde ac ſiquis gymnafiis magiſtris medicisve præciperet, vt cum voluptate corpora curent, eiſque iocundè medean- tur. MEG. Sic omnino. ATHEN. Pulchre tamen ſer- penem ore habet, ſi quis parua cum moleſtia bonam habitudinem & fanitatem corporibus reddat. MEG. Quidni? ATHEN. Hoc præterea ipſis ad- rat non paruum ad ferendarum legum facilitatem. MEG. Quidnam? ATHEN. Non erat illarum legum la- toribus bonorum æqualitatem efficiendis maxi- ma illa difficultas, quæ conuenientibus in vnã le- gè ciuitatibus multis ſolet accidere, ſi agrorù qua- rant poſſeſſionem turbare, & nouas tabulas intro- ducere, quoniam videant non fatiſ poſſe abſque his æqualitatem fieri. Nam aduerſus eum qui mouere ex his aliquid tentat, omnes reclamant, ne moueat non mouenda. Agros quippe diuidenti, & nouas ta- bulas introduceti aperte omnes maledicunt, vt quiſ- que quo fe veritatè ignoret. Doris autè hæc difficul- tas turbatiò que nõ fuit. Nam agros abundè ſine cõ- trouerſia poſſidebant, debetiq; ipſis æris alieni iam olim conſtata & magna non erant. MEG. Vera nar- ras. ATHEN. Quónam igitur optimi viri, ita malè con- ſtitutiõ illa & legiſlatio ipſis abiit? MEG. Quo id paſſos? Quidue culpas? ATHEN. Quòd ex tribus ciuita- tum conſtitutionibus, due cito & diſciplinam ciuilem & leges perdidere, & veſtra ciuitas vna re- liſta eſt. MEG. Haud facile eſt quòd interrogas. ATHEN. Atqui opus eſt vt in modo conſiderantes, diſ- ferentiaq; de legibus ſemil quodam modo dõq; io- co, rer hoc, quemadmodum diximus cum iter fa- cere cepimus, ſine moleſtia conſiciamus. MEG. Proculdubio faciendum eſt, vt dicis. ATHEN. An igitur pulchriorem de legibus conſiderationem habe- re poſſumus, quàm de his legibus quæ ciuitates hu-

iusmodi exornant: aut etiã ciuitates vllas inſtitu- tionèq; honeſtiores ac maiores his cogitare? MEG. Non facile quiſpiam his aliaſ anteponat. ATHEN. Ne- mo autè ambiget quin illi ita cõiuncti nõ Pelopon- ne ſunt tantum, vtrumcietiam vniuerſam Græciam, ſi Barbarus quiſpiam iniuriam inferret, defendere poſſe crediderint, eorum qui circa illium habitabit exempla exciſus, qui aſſyriorù potentia freti, quæ à Nino traxit originem, bellum contra Troiam cõci- tarunt. Erat enim adhuc principatus illius non cõ- temnenda potentia. Quare quemadmodum nunc re- gem nos magnum formidamus, ita gentium illarù conſpirantiũ in vnũ potentiam tũc omnes expa- ueſcebant. Magnã verò his inuidiam ſecũda Troie euerſio conſlauit. Aſſyriorũ enim principatus parti- cula quædam Troie potentia fuit. Aduerſus igitur eam potentiam, in tres diuiſus ciuitates exercitus, à fratribus. Hercules filius tũc regnãtib; optimè atq; ornatiſſimè habere videbatur, & multo melius in- ſtructus, quàm ille ipſe qui Troiam obſedit. Primũ enim Heraclidas principes excellentiores quam Pe- lopidas habere ſe arbitrabantur: deinde hunc exer- citum illi qui Troiam petiit, virtute præſtate. Hos enim viciffe, illos ab iſtis fuiſſe ſuperatos, à Doris Achiuos. Nonne ſicillos cogitaſſe, eiq; de cauſa ſe fe præparaſſe credimus? MEG. Omnino. ATHEN. Veri- ſimile igitur illos firmam quoq; cõſtitutionem hæc ſuam fore putaſſe, longinq; tẽpus duraturam, præfer- rim quia multa pericula & labores vnã ſubie- rãt, & à fratribus regibus gubernabantur. Necon multo vi fuerãt vatibus, aliis, cum Apolline Del- phico. MEG. Veriſimile admodum. ATHEN. Hæc verò que maxima fore exiſtimabuntur, breui tunc, vt videtur, euauerunt, præter paruum, vt modo dixi- mus, partem, quæ veſtram habitat regionem. Hæc nunquam ad hunc vſq; diem bello contra duas partes ſuſcepto quieuit. Nã ſi facta tunc cõſtitutio cõ- cõres manſiſſet, inuicta profectò bello fuiſſet. MEG. Quidni? ATHEN. Quomodo igitur & qua ratione diſ- ſoluta eſt? Nónne conſideratione dignum apparet, quoniam fortuna tantã ac talè cõſtitutionem euer- tit? MEG. Nunquam profectò aliud cõſiderans qua- ſpiam vel leges vel republicas alias intelligere po- terit, quibus pulchre magna q; res ſeruãtur, vel cõ- tra perdantur, ſi iſta negligere. ATHEN. Fel. ceter ergo in hanc tam accõmodã conſiderationem incidiffe videmur. MEG. Summo pere. ATHEN. Nã quid ergo, vir miſiſſe, noſter nos error omnes laet, & in præ- ſentia maximè, dum putamus ſingularem quandã perpexiſſe rem, & quam mirabiles euctus ſequen- tur, ſiquis bene illa vti modo debito nõ ignorabit! Nos autem modo neque rectè forſan neq; ſecũdi natura de hoc ipſo ſentimus. Et alij omnes in omni- bus errant, quibus de ſimilitè cogitant. MEG. Quid ais? ATHEN. Et qua de re iſtud maximè dicis? ATHEN. Ipſe me, ò bone vir nunc certe riſi. Cum enim illum exerci- tum, de quo modo ſermo habitus eſt, cõſideraſſem, egregius profectò atque mirandus mihi viſus eſt, & præclara quædam facinora Græcis designaturus, ſi quis tunc ipſo bene vſus fuiſſet. MEG. An non præ- denter & tu cuncta dixiſti, & nos probe laudau- mus? ATHEN. Fortaſſe: puto enim omnes qui ma- gnum aliquid & ingenti potentia prædicium viderint, iſtarum ſe aſſiſſe, vt opinentur, ſi ſciert qui ipſum poſſidet, tata re taliq; vi, multis præclarisq; inde re- bus geſtis felicem fore. MEG. Nónne & hoc rectum vel quomodo dicis? ATHEN. Conſidera iam quor- ſum

Non pre- cibus
volunt
te non
cuncta
ſequen-
tur, ſed
vt præ-
dicium
ſtam vo-
lunt.

ſum reſpicens, qui ſe laudat ſingula, veſtè dicat. Ac primùm de quo dicebamus, quo paſſo ſi rectè ſci- ſiſſent exercitum ordinare qui tunc præſerunt, ſi ceteri vbi occasione fuiſſent: nõne ſi tũc iſto tẽ- pore conſtituiſſent, ſemperq; ſeruãſſent, ita ve & ipſi liberi eſſent, & alios quoſ vellent ſubiugant, atq; omnino & ipſi & eorũ poſteri tam apud Græ- cos quàm apud Barbaros, quicquid cuperèt conſe- querentur? An non omnia huius gratia cuperent? MEG. Imò etiam valde. ATHEN. Quicunq; igitur cum diuitias ingentes perpexerit, aut honores generis excellentes, aut aliquid eiſmodi, eadem ipſa dixe- rit, ad hoc reſpicens dicit quaſi per hoc ipſi futura ſint omnia quæ deſiderat, vel plurima atque potiſ- ſima. MEG. Ita videtur. ATHEN. Vna certè omnium ho- minum cõmuns quædam cupiditas eſt, quàm præ- ſens ſermo ſignificauit. MEG. Quoniam. ATHEN. Vt ſecundum animi fuiſſe deſiderium omnia, vel ſaltem humana gerantur. MEG. Cui dubium? ATHEN. Quan- do omnes ſemper hoc volumus, & in pueritia & adulta ætate & ſenio, ſedulo id proculdubio habe- re precamur. MEG. Vtiq. ATHEN. Amici etiam hæc precamur, quæ ipſi quoque ſibi precantur. MEG. Et hoc. ATHEN. Amicus autem filius patri, cum puer ſit, viro. MEG. Profectò. ATHEN. Atqui eorũ quæ puer contingere ſibi precatur, multa pater ne accidant, deos precatur. MEG. An id fieri dicis, quando iuue- nis eſt & amens filius qui precatur? ATHEN. Imò etiam quando pater ſiue ſenex, ſiue admodum iuuenis, cum nec honeſtorum neq; iuſtorum quicquam cognoſcat, ſi aſſectus vt Theſeus ergo inſelictè mor- turo. Hippolytũ, impenſus imprecatur, filius au- tem cognoſcit, quãſi tunc filiu cum patre eadem oraturus? MEG. Intellego quod dicis. Dicere enim mihi videris, nõ eſſe precandũ conandũq; vt vo- luntatem noſtram cuncta ſequantur, ſed vt prudentiam noſtram voluntas. Idq; tam ciuitati quàm ſingulis, precibus petendũ, ſuadendũq; vt mentem habeant. ATHEN. Idque proſus inquam. Quinetiam quòd ciuiliſ vir legumlator ad hæc ſemper reſpi- cients leges ferre debet, & ipſo recordatus ſum, & vos nunc recordari volo. Nempe vos in diſputatio- nis principio dicebatis, probum legumlatorem ad bellum omnia referre debere. Ego autem dicebam, ad vnã ſolutimòdo virtutem, cum tamẽ ſint qua- tuor, id reſpicere, reſpicendũq; nõ ad vnã tantum, ſed omnes: maximè verò ad primam, quæ & ceterarum omnium dux eſt, hæc verò prudentia eſt, & intellectus, & opinio, vnã cum amore & cupidi- tate iſta ſequente. Eodẽ iam oratio noſtra reuertit. Et ego qui tunc ea dicebam, eadẽ nunc etiã di- co, ſiue iocò vultis, ſiue ſerio. Aſſero equidem non eſſe tutum toto vti, & voto potiri, ſi mentem non habeas, ſed contraria eorum euenire quæ petis, fati- tus eſſe. Si ſerio dicta hæc exiſtimare vultis, exiſti- mate. Sperò enim nunc vobis perſuadere quod pau- lo antè propoſuiſſimus, perditionis vitium, totũque conſtitutionis illius diſſoluẽde cauſam non timi- ditatem fuiſſe, nec rei militaris ignorantia ſeu pri- cipium ſiue ſubditorum, ſed vniuerſam reliquã præ- iuriam ignorantiã. Quod hæc tunc ita contige- rint, & nunc ſicubi ſiant, aut futura quandoq; ſint, non aliter eueniant, ſi vultis conabor, vt ratio- necepti eſtendat, adiuuente, vobisq; tanquam ami- ci, pto vobis explanare. CLIN. Verbis te hoſpes laudare moleſtum, re autem valde laudabimus,

vtro que dicas audiendo, qui in re liberaliſ verũ- que laudat vel maximè perſpicuus ſit. ATHEN. Optimè tu quidem Clinia. Quare quod ais efficiamus. CLIN. Erit ita, ſi deus voluerit. Tu modo dic. ATHEN. Cenſemus ergo, per ſequentem diſputatio- nis huius viam deinceps progredientes, maxima tunc ignorantia potentiam illam fuiſſe perditam, ſimileſq; rerum euentus & nunc eadem ex cauſa proficiſci. Quapropter ſi hoc ita fe habet, legiſlator conari debet prudentiam, quoad fieri poteſt, ci- uibus dare, ignorantiam quàm maximè auferre. CLIN. Manifeſtum id quidem. ATHEN. Quoniam igitur maxima inſcitia iure dicitur? Conſiderate ſi mihi aſſentimini. Ego enim hæc cenſeo. CLIN. Quam? ATHEN. Quando aliquis quod honeſtum ſibi cui bonum videtur, non amet, ſed oderit: quod au- tem malum atq; iniuſtum, id diligit atq; amplecti- tur: hæc voluptatis doloriſq; diſſenſionem aduer- ſus eam, quæ rationem ſequitur, opinionem, extre- mam eſſe inſcitiam aſſero, quàm etiam maximam dico, quia in multitudine animi eſt. Quod enim in eo doloribus voluptatibusq; mancipatũ eſt, quaſi plebs ciuitatis eſt atque multitudo. Quando igitur ſcientia, vel opinioni, vel rationi quæ natura do- minatur, animus aduerſatur, hoc ego ignoran- tiam appello: & ciuitatis quidem, quando princi- pibus legibusque multitudo non parit. CLIN. Vni etiam viri, quando licet bonæ in animo rationes ſint, ni- hilo tamen magis ſecundum ipſas agunt, ſed con- tra omni peraguntur. Has equidem ignorantias pernicioſiſſimas eſſe aſſero quicquid, cuiuſlibetque ciuis, non autem opifici ignorantias, ſi modo quod dico hoſpites intelligitis. CLIN. Et intelligimus, ò amice, hæc, & concedimus. At hoc ita que ratum habeatur, quòd ciuib; qui hoc modo ignorant, ni- hil ad principatum pertinens committendum ſit: imò verò vt ignorant, obſurgant, etiam ſi acutiſ- ſimi & diſcretiſſimi ſint, & quæ ad ornamentum & acumen ingenij ſpectant, cuncta complexi. Qui ve- rò contra affecti ſunt, ſapientes habendi, etiam ſi neq; literas, vt dicitur, nouerint, neq; natate ſciant. Magiſtratus quoque iſtis quaſi prociuib; commit- tendi. Quomodo enim, ò amici, vel minima pruden- tiæ ſpecies ſine conſenſu conſiſtere poterit? CLIN. Nullo modo. ATHEN. At verò pulcherrimus ma- ximũque conſenſum omnium, maxima iure ſa- pientia eſt dicitur. Cuius quidem particeps ſit ne- ceſſe eſt qui ſecundũ rationem viuere debet. Quiſ- quis autem expers eſt, & ſua domus euerſor, & ci- uitaris nunquam ſeruator, fed contra omnino ad hæc ſemper pernicius eſſe videbitur. Hæc igitur, vt paulo antè diximus, ita fe habeant. CLIN. Ita pro- ſus. ATHEN. Imperatres verò & parentes nõne in ciuitatibus eſſe debent? CLIN. Vtiq. ATHEN. Eſto. Ra- tionem autem pro dignitate imperandi parendiq; tam in ciuitatibus ſeu magnis ſeu paruis, quam pri- uatum in domibus ſimiliter quales & quot ſunt? Nónne prima dignitatis reſta ratio erit, vt pater ac mater, & omnino genitores vbiq; natis impei fe- ri. Maximè. ATHEN. Secunda, vt ignobiliſ genero- ſi. Tertia, vt inioribus ſenioris? CLIN. Et hoc. ATHEN. Quarta, vt domini ſenioris? CLIN. Procul- dubio. ATHEN. Quinta, vt potiores domini eum, im- becilliore fuerant? CLIN. Principatum modo dixiſti admodũ neceſſarium. ATHEN. Imò verò qui plurimus, & ſecundum naturam, vt Thebanis Pindarus ait in omnibus animalibus reperiunt. Maxima verò di- gnitas

Que ma-
xima in-
ſcitia ci-
uium.

Proſus
licet.

Serpe-
ritates
impe-
ran-
di.

gnitas sexto collocanda est, qua ignorantes quidem sequi iubentur, prudentes autem ducere atque dominari. Quod ergo quidem imperium, & sapientissimum Pindare, non praece naturam, sed secundum naturam legis & sponte susceptum, non violenter fieri affirmarem. **CL. I.** Probe dictum. **ATH.** Septimum principatum ad forte aliquam producimus, cum dei gratia & felicitate quadam obtingere assentes & iustissimum esse dicamus, ut si quem fors delegerit, imperet ille vero quem repulerit, pareat. **CL. I.** Vera narras. **ATH.** Dicemus ergo ioco quodam ad aliquem eorum qui facile ferendarum legum munus aggre diuntur. An vides, o legumlator, quot circa imperantes dignitates expendenda? & quomodo inter se oppositae sint? Profecto nunc fontem aliquem seditionum invenimus, quem te curare oportet. Primum nobiscum diligenter consideranda, quidnam & quomodo praeter huc male agentes isti apud Argos Messeniamque reges se ipsos simul & Graecorum potentiam, quae tunc mira erat, euectent. Nonne quia rectissime didi ad Hesiodo ignorarunt? Dimidium nonnunquam plus esse quam totum? Quando videlicet totum comprehendere noxiom est, dimidium vero moderate se habet, tunc sane moderatum immoderato plus esse censuit, ut probe detiore melius. **CL. I.** Rectissime. **ATH.** Vtrum regibus hoc perniciosum esse prius, quam plebi credamus? **CL. I.** Probabile est regum maximè hunc morbum esse, qui superbe propter delicias viuunt. **ATH.** Per spiculum igitur huc primum reges eos habuisse, quod plus quam leges contenderent posse uoluerunt, nec in eo concordare permanferunt, quod uerbis & iururando laudauerat. Verum dissentio, quam maximam ignorantiam esse diximus sapientia tamen apparet, ea omnia propter errorem & fiditatem acerbam euerit. **CL. I.** Videtur. **ATH.** Illo. Quid igitur hoc de morbo, timentem legum latorem oportuit cauisset? An per deos neque sapientiae laudem habet nunc huius agnitio, neque difficile didi? Si quis autem id tunc prauidisset, certe si nobis sapientior extitisset. **MEG.** Quid illud dicit? **ATH.** Licet nunc Megille quod olim à uobis factum sit animaduertere, atque inde rem ipsam cognoscere, faciliusque ita quod tunc fieri potuit, dicere. **MEG.** Dic planius. **ATH.** Ita certe apertissimum fiet. **MEG.** Quomam pacto? **ATH.** Si quis minoribus potentiam maiorem neglecta mediocritate, nauibus vela, cibum corporibus, animis principatum committeret, omnia peruerterent. Nam supra modum elata lasciuunt. & alia quidem in morbos incidunt, alia in iniuriam elatioris lasciuiae filiam. Quid itaque dicimus? Nonne hoc quo nullum profusus, o viri mihi amici simi, ingenium humanum sit, quod si & iuuenile, & nemini subiectum existat, ita ferre potentiam maximam possit, ut ne mente amentia morbo maximo referta, in proximorum etiam amicorum inuidiam incurrat: quod cum accidit, animam statim perdit, & omnem eius vim obscurat. Hoc autem cauere mediocritatis ipsius obseruatione, excellentium legumlatorum opus. Quod igitur tunc factum, facile modo perspiciendum est, hoc autem esse videtur. **MEG.** Quidnam? **ATH.** Deus quisquam, ut arbitror, vestri curam habuit, qui cum futura praeficeret, geminam uobis ex uenica regum generationem constituit, atque ita ad mediocritatem magis contaxit. Praeterea natura quaedam humana uiribus diuini conuicta, tum mentem uestrum per-

Quomodo dicitur Legendi, Dimidium plus esse quam totum.

spiciens principatum, moderatas vires eorum qui in iudiciali foro versantur, superbae nobilitatis potentiae iunxit, uuenti & octo fenore sententia, in rebus maximis regum potentiae adaequata. Ad haec tertius seruator affuit, qui luxuriant adhuc & fremente considerata principatum, Ephorum censura, proxime ad potentiam sorte electam cōducta, quasi frenum ipsi immisit. Hac igitur ratione regum uelsum, ex quibus decebat compositum, & moderate constitutum, & ipsum quidem seruatum est, & salutis aliorum causa fuit. Quonia à Temeno & Cresphote ceterisque leges qui tunc cōsiderunt, quicunq; fuerint, nec portio quidem ipsa Aristodemi seruata fuisse. Neque enim satis erant ferendarum legum periti. Quoniam si fuissent, nūquam iuuenilem animum accepto principatu unde tyrannis fieri poterat, iureiurando cohibituos existimasset. Nunc autem deus ostendit, qualem oportebat oportereque potissimum constitui principatum. Quod quidem a nobis intelligi postquam factum est, ut dixi antea, nihil mirum. Non enim arduum est uidere, si ex exemplo comonearis. At si quis id tunc prospexisset, ad moderationemque redigere principatus, & unum ex tribus perficere potuisset, magnificas omnes eorum cogitationes seruasset, nec Persica classis, nec alia uilla nauqua, contemptis nobis ut nulla te dignis, in Graecia nauigasset. **CL. I.** Vera narras. **ATH.** Turpiter ergo illos repulerunt, o Clinia. Turpiter autem dico, non quia qui tunc terra nariq; uicerunt, minus quam deceret fortiter pugnano se gesserint: sed turpe illud inquam, quod una de tribus illis ciuitatibus pro Graecia decertauit: duae autem ita deprauatae fuerunt, ut altera Lacedaemonem quoque nec succurrerent, prohiberet, non paruo ipsi bello illato: altera Arguorum, quamuis prima illis reponibus circa gubernatione in Graecia esset, tamen ad depellendum Barbarum accessit, nec orantes audire uoluit, neque defendit. Multa referre possem quae ea tempestate in Graecia facta, ut turpia possunt accusari. Neque qui Graecia se defendisse dicunt, uerè dicunt. Nisi enim Atheniensium Lacedaemoniorumque commune consilium atque potentiam imminetem seruitutem propulisset, ferme iam omnia confusa essent, & Graecia cum Graecis inuicem, cum Graecis item Barbara, Graeciaque cum Barbaris. Quem admodum Graecia illa quae nunc Persarum tyrannidi subiecta sunt, sine ordine uilo confusa sunt inuicem, ac male etiam dissipata. Hae habemus, o Clinia & Megille, quae tam praefixis uiris ciuilibus legumque latoribus, quam iunioribus opponamus, ut causas eorum rimantes, quid praeter haec aliud fuerit agendum inueniamus: quale est quod nunc exposuimus, quod uidelicet non oportet magnos impermixtosque principatus constituitere, illud semper memoria tenentes, quod ciuitatem & libera semper, & prudentem, & sibi ipsi amica esse oportet. Ad quae respiciendum est illi qui leges latorus est. Ne meminimus autem, si saepe iam alia quaedam proposuimus, ad quae sic legumlatori respiciendum, quae quidem non eadem esse atque haec apparent. Sed repaetate oportet, quando ad temperantiam, uel prudentiam, uel amicitiam respiciendum dicimus, non aliam atque aliam, sed eandem nobis esse intentionem: ac si multis etiam aliis huiusmodi uerbis utemur, ne turbemini. **CL. I.** Conabimur ita facere, uerba ordine repetentes. Sed nunc expone quod didiceras eras, quando amicitiam, libertatem, prudentiamque spectare legumlatorem debere dicebas. **ATH.** Audiat is modo.

Multa de gubernatione Cyri, Cambisae & Darij.

Quomodo dicitur Legendi, Dimidium plus esse quam totum.

Dei res iure suo sunt prope deo.

Doze gubernationum ciuilium, quasi matres quaedam sunt, ex quibus si quis alius dixerit originem ducere, rectè utiq; dicit. Quartus altera monarchiam ad est principatum uisus, alteram democratiam id est populis, appellare dicit. Alterus quoque summum tenere Persarum genus, alterus non potuimus. Cetera uero forme omnes hunc, ut dixi, uariè cōponuntur. Necesse est autè harum utrarum participè fore ciuitatem, si libertas in ea atque amicitia cum prudentia futura sit. Quod quidè oratio praecipere nobis uult, cum dicit, ciuitatem horum expertè bene gubernari nunquam posse. **CL. I.** Quo enim pacto? **ATH.** Cui igitur altera Monarchiam, uisus scilicet principatum, altera libertate duntaxat magis quam oportuerit, complexa sit, neutra mediocritate seruitutis libertatisque seruauit. Ueltra autem, Laconica dico & Cretica magis. Sed Athenienses ac Persae quomoda hoc ferè pacto, nunc uero minus. Sed causas quoque dicemus, an non? **CL. I.** Omnino, si modo quod propositum est absoluerè cupimus. **ATH.** Audiamus ergo, Persae quidem quando Cyri tempore seruitutis libertatisque mediocritatem magis habebat, primum ipsi liberi fuerunt, deinde multos alios subiecerunt. Nam cum principes ipsi libertatem subditis imparetent, & rem ad equalitatem magis reducerent, milites ducibus magis erant amici, paratiorq; se in periculo exhibebant. Ac si quis inter eos prudentior erant, consilioq; ualebat, cum rex inuidus non esset, sed dicendi facultate liberè omnibus daret, honoratèq; consilij comites, facultate prudentiae communem in mediū deducebat, cunctaq; tunc illis ob libertatem, amicitiam, mentisq; cōmunionem cōtribuebat. **CL. I.** Videtur hinc ut dicuntur, ita gesta fuisse. **ATH.** Quo pacto igitur Cambysae tempore regnum id ferè cecidit, & rursus Darij tempore restitutum est? Uult sine utraque diuinatione uis dicamus. **CL. I.** Quidni uelimus? Confere enim hoc ad illud quo tendimus. **ATH.** Ita igitur de Cyro uaticiniorum ceteris quidem ipsum & duces bonum & ciuilis uirae amicum fuisse, rectè uerò disciplinam nullo pacto attigisse, nec ad rei familiaris administratione animam inquam applicuisse. **CL. I.** Cur ita? **ATH.** A uenta per totam uitam militia occupatus, mulieribus filios tradidit educandos: quae ipsos ut felices statim pueros atque beatos nullius indigentes rei sic educabant, ut prohiberet ne quis eis ut probe beatissimae qua in re aduersaretur, cogentes omnes quicquid ipsi dicerent aut facerent, laudare. Ita ipsos tales quosdam educauerunt. **CL. I.** Bellam certe educationem narraisse uideris. **ATH.** Foemineam nempe, quam induxerunt regiae mulieres nouis elatae diuitiis, delertèq; à uiris bello & periculis occupatis. **CL. I.** Consentaneum id quidem. **ATH.** Parerè uerò ipsorum, omnium, hominum, multorumque aliorum, quorum ad eos spectabat possessio, greges multos habebat: sed ignorauit quod filij quibus haec relictus erat, paternam ipsam Persicamque artem non docebantur, cum Persae pastores essent in regione aspera genti, & ipsa ars Persica dura esset, sustinetq; robustos eos pastores efficiere, qui & curculos agere & vigilare possent, & militare, si res postuleret. Permissi autem ut mulieres & eunuchi Medorum ritu filios eius nutrent: quorum educatione ea quae uulgo exhibiturum felicitas, corrupta est. Unde tales euaserunt, quales fieri conueniebat eos, qui in summa reru licetia nutriti fuissent. Cum igitur mortuo Cyro rerum potiti sunt, ut probe qui

delictari & impunitatis ac licentiae pleni essent, primum alter equalitatem non ferens, alter interfectis deinde ipse ignorantia ebrietatèq; ferens principatum perdidit. Medi enim ac quida Enochus tunc dicitur Cambysen quasi amicum contempserunt. **CL. I.** Si ferret, atque se ferre contigisse uideretur. **ATH.** Atqui & hoc ferret, per Darij septemque illos viros principatum in Persas iterum reddidit. **CL. I.** Planè. **ATH.** Infipiamus igitur rationem sequentes. Darij nec regis erat filius, nec in deliciis enutritus. Is cum ad principatum peruenisset, septimūque ipsum accepisset, septem in partes ipsum partitus est, quoru hodie adhuc parua quaedam somnia restant, censuitque uiuendum esse sub legibus ad communem quandam conferentibus equalitatem: atque id ita sanxit, distributionemque illam quam Cyrus Persis pollicitus fuerat, lege complexus est amicitiam cōmunitatemque Peris omnibus praebens, ac Persarum populū pecunias & muneribus attrahens. Ita delectus à militibus, non pauciores quam Cyrus reliquerat, regiones ipse subiugauit. Post Darij Xerxes, qui regis est delicias quidem educatus. Sed tunc nunc iure appello Darij, qui Cyri malo cōmunitus non fuisse, sed in eisdem Xerxes moribus educatus, in quibus Cambysen Cyros nutruerat. Ipse igitur ut probe eodem pacto educatus, similia quoque perpeffus est. Ex illo tempore nullus inquam firmè Persarum rex magnus auti nomine fuit. Neque fortunam iuxta eam arbitror, sed uitam malam, quam filij ualde diuitem tyrannorumque plurimum, uiuit. Nunquam enim puer & uir & senex ex huiusmodi uita uirtute praestas euadere poterit. Quae quidem & legumlatori consideranda, & nobis in praesentis animaduertenda cōferemus. Atqui & uobis par est, o Lacedaemonij, id tribuere, quod ne paupertatis, nec diuitis, nec regno, nec priuatis, excellentem magistratum uilium cōmittitis, quem iam à principio uox dei alicuius cōmitti non iusserit. Neque oportet enim in ciuitate excellentes cuiquam conferre honores, quia diuitis praestet, aut quia uelox, aut formosus, aut robustus sit, si uirtute careat. Sed neque si uirtutem etiam aliam habeat quodam temperantiam uero non habeat. **MEG.** Quo pacto id hospes aitis? **ATH.** Nonne fortitudo uia quaedam pars uirtutis est? **MEG.** Est. **ATH.** Tu ipse igitur, cum audieris, iudicabo. Uell sine uicium aut domesticum quempiam habere, fortem quidem maximè, minimè uerò temperatū, sed proteruū, & qui se in omni uitio effundit. **MEG.** Dij meliora. **ATH.** An uerò artium quidem multarum peritum, & in his sapientè, sed in iustum? **MEG.** Nullo modo. **ATH.** At uerò iustitia sine temperantia originem habere nullam potest. **MEG.** Quo modo enim aliter? **ATH.** Sed neque etiam ille, qui modo sapiens à nobis didicit, quod uoluptates atque dolores reā rationi concordet & obsequentes habeat. **MEG.** Non certe. **ATH.** **ATH.** **ATH.** Id praeterea consideremus, ut quomodo inter ciues honores rectè, uel non rectè distribuantur, infipiamus. **MEG.** Quidnam? **ATH.** Temperantia si ab omni alterius uirtutis genere in alicuius animo delibita sit, honorandae iure est, aut contra? **MEG.** Non habeo quid respondeam. **ATH.** Modestè, satiq; responsum est. Aliter ut enim illorum concessio, in concinnè, ut arbitror, respondisset. **MEG.** Bene igitur factum est. **ATH.** **ATH.** Nempè accessio ipsa & honores &

res & opprobria non sermone, sed silentio potius irrationabili digna erunt. MEG. Temperantiam dicere mihi videtur. ATH. Hæc ipsam dico. Quod igitur ex aliis nobis prodest plurimum, si cum additione maxime honoretur, rectissime honorabitur; & quod secundo loco prodest, secundo honorandum. Atque ita secundo successione rationem, si vnumquodque honores qui deinceps ordine sequuntur nanciscatur, recte utique nanciscetur. MEG. Est ita. ATH. Quid porro? an hæc quoque à legislatore distribuenda esse dicemus? MEG. Maxime. ATH. Visne partitionem cunctorum in opera singula & minima quæque illi relinquamus? Tripartitam verò divisionem, quoniam & ipsi legum quodammodo studiosi sumus, teneamus, maxima & media & minima inuicem faceremus. MEG. Summopere. ATH. Oportere itaque dicimus civitatem, quæ pro humanis viribus salua felixque futura sit, recte honoris & ignominias distribuere. MEG. Sic est. ATH. Recta autem distributio est, ut prima & maxime honoranda censeantur animi bona, si adiuncta illis temperantia sit. Secundo dignitatis gradu corporis bona ponantur. Tertio, externa possessio & pecunia. Hæc si quis legislator civitatis transgreditur, vel pecuniam præceteris honorando, vel posterius aliquid honore prius collocando, neque sanctè, neque civili ter facit. Rara hæc nobis habenda? an quomodo? MEG. Profus quidem. ATH. Hæc latius dicere nos induxit Persæ gubernationis consideratio. Inuenimus autem eos peiores adhuc factos esse. Causamque esse dicimus, quia nimium populi libertate sublata, dominandi potestate magis quam oportere adauca, societate in ciuitate & amicitiam sustulerunt. Quibus corruptis, principes quoque non subditi ac populo, sed proprio imperio cõsultunt. Quintiæ sæpe exigui sui cõmodi gratia, funditus euerit ciuitates, gentesque amicas igne absumi non curant. Ita hostiliter & absque misericordia oderunt, & odio similiter habentur. Ac si quando opus sit pro eis populi pugnent, nullum rursus communem in ipsis cõsentium inueniunt, ut velint ex animo subire periculum, & pro principibus dimicare: sed cum innumeris penè hominibus dominetur, inutiles tamen omnes habent ad bellum, & tanquam hominum indigentes, alios mercede conducunt, per mercenarios extraneosque milites saluos se fore putantes. Præterea & infaniter cogitur, cû re ipsa prædicent nugæ esse ea, quæ in ciuitate honesta esse & honoranda dicuntur, si ad argentum & aurum conferantur. MEG. Ita sit. ATH. Sed de rebus Persarum, quod propter nimiam dominationem seruitutemque non rectè modo se habeant, iam satis sit dictum. MEG. Ommino. ATH. Atticam deinceps gubernationem similiter percurrere decet, ut pateat quemadmodum libertas nulli subditi magistratui non paulò deterior est, quam illa quæ mediocritatem magistratum dominatione consequitur. Nobis enim tempore quo Persæ Græciam, imò vniuersam penè Europam aggrediebantur, præca quædam erat Respublica, & magistratus aliqui ex censu quadrisarium diuiso erant, pudorque inerat, quasi dominus, cuius causa legibus subiecti uiuere volebamus. Præterea magnitudo terrestrium maritarumque copiarum vsque adeo nos exterruit, ut obseruantius nos legibus & magistratibus obsequi & obedire coegerit. Quibus de causis maior inter nos exorta est beneuolentia. Fernè nanque decennio antè quàm

Antica
de moza
ua.

bellum nauale in Salamina gestum sit, Datis ipse à Dario missus classem Persica in Athenienses Eretriosque duxit. Cui mors a Dario nisi has gentes ditioni suæ subiceret, esse indicata. Datis igitur ipse Eretrios breuit tempore innumerabili militum copia penitus expugnauit, terribisque inde rumor ad urbem peruenit nostram, neminem Eretrienfium effugisse, sed manibus inuicem milites iunctis, atque ita vniuersa regione Eretrienfium circumdata, omnes penitus comprehensisse. Hic rumor seu verus, siue nõ, cum ceteros Græcos, tum vel maxime Athenienses perterritit. Quibus cum vniuersam Græciam passim legationibus missis ad opem ferendam cohortarentur, nemo præter Lacedæmonios auxilium voluit. Et isti quidem seu bello quod aduersus Messenem gerebat impediri, siue alia quadam causa, non enim scimus, sequenti post pugnam Marathoniam die optulari venerunt. Post hæc magna in dies parare, multaque minari rex dicebatur. Interea Darius naturæ concessisse nuntiatur, ac filius eius atrox iuuenis imperium accepisse, nec acceptis paternis desistere velle. Cuius apparatus omnes in se conuerti Athenienses propter Marathoniam stragem credebant. Porro audientes de seodi Athon, coniungi Hellepontum, classis immensam magnitudinem cumulari, nec mari, nec terra salutem sibi fore putabant: præsertim quia in nullis præsidio confidebant, quippe qui memoria teneret, neque tunc cum primo illorum inuicem capti Eretrienfes fuerant, quemquam sibi opem ferre, & pro eorum salute subire periculum voluisse. Idem igitur tunc terra sibi euenturum putarunt. Mari verò nullam profus salutem inueniebant, cum naues plures quam mille adueheretur. Vnam verò salutem quam tenuem dubiamque solummodo videbant. Nam cum respicerent quæ antea gesta fuerunt, & quod desperata salute, tamen uicerunt, hac se euedi, in seipsis ac diis tantum inuenerunt sibi refugium fore. Hæc igitur omnia eos maiori inter se beneuolentia copularunt, præsens inquam metus, & qui à legibus iam pridem iuerat, quem seruitutes legibus affecti sunt. Hunc sæpe pudor in superioribus nominamus, cui seruire omnes oportere diximus, quicumque boni futuri sunt: quo quisquis afficitur, liber est & interritus. Ac nisi præsens ille metus pudori huic iunctus fuisset, nunquã ex huiusmodi conuersione illi prouocati & vna conuenientes, decorum templa maioru sepulchra, patriâ ipsam, ceterosque familiares atque amicos defendissent, ut fecisse narrantur, sed sparsi alius alio absissent. MEG. Probè hospes, ac sicut te patriâque decet, dixisti. ATH. Vera hæc sunt, ô Megille. Nam quæ tunc gesta sunt, ea par est tecum, qui ex natura paternarum rerum es particeps, referre. Sed & tu & Clinia attende considerate, si quæ ad legumlationem pertinet, dicimus. Neque enim consabulandi gratia hæc enarro. Cuius autem gratia ista dicam videre. Ut scilicet intelligamus idem nobis ac Persis quodammodo accidisse, dum illi quidem in omnem seruitutem plebem traherent, nos contra in merâ libertatem. Quomodo verò & quid deinceps dicamus, habita iam verba & cõmòde dicta quodammodo demonstrat. MEG. Probè loqueris. Sed conare quod modo dicebas apertius eloqui. ATH. Faciã. Non erat, ô amici, apud nos ex veteribus legibus alicuius rei plebs domina, sed sponte quodammodo legibus seruebat. MEG. Quibus legibus? ATH. Illis in quibus quæ de musica positæ fuerunt, ut quo

ut quo pacto libertas hæc nimia iam paulatim auclta sit reperamus. Distincta enim nobis tunc per species & figuras erat musica. Fuitque vna species cantus ad deos precibus placandos, quos hymnos vocabant. Hæc altera cantus cõtraria species. Querulos hos cantus quis maxime appellaret. Alia species Pæon. Alia Dionysii generatio, quam Dithyrambum arbitror appellatam. Erat & alia catus species, quam leges citharædicas nominabant. His itaque aliis quibusdam lege statutus nõ licebat alio genere cantus pro alio abuti. Auctoritas autem cognoscendi hæc iudicandi, & damnandi si quis contra fecisset, nec sibi, nec ineptis clamoribus multitudinis, ut modo tribuebatur: nec rursus laudandi licentia plaudenti strepenti que turbæ, sed præstantibus doctrina viris erat cõcessa, dabaturque ipsis ad finem vsque magno cum silentio audire. Adolescentes autem, paedagogi & plebs vniuersa castigatione virgæ admonerentur. Hæc cum ita ordine fieret, multitudo cuiuslibet paret hæc audebat tumultuose quicquam iudicare. Tempore deinde procedente auctores quidem transgressiones à musica alienæ, poetæ ipsi fuerunt qui ingenio quidem valebat, sed quod iustum atque legitimum in musica esset, nõ satis obseruabant, debacchantes utique, & voluptati magis quam oportere, indulgentes. Hi sanè & lugubria hymnis, & dithyrambis pæoniam conuenerunt, tibarumque sonos & cantus, citharæ cantibus imitati sunt, omnibus omnia commiscuentes. Qui & imprudetes obicitiam contra musicam mentiti sunt, afferentes eam quidem nullam rectam in se normam habere, fed audientes voluptate, siue probus ille vir sit, seu contra, rectissime iudicare. Cum igitur huiusmodi poemata componerent, & talia vulgò dicerent, iniquum adeo & audax aduersus musicam vulgus hominum reddiderunt, ut se planè posse sententiam de musica ferre crederent. Hinc theatra frequenter exclamare coeperunt, cum silere antea consueuissent, quasi quid pulchrum in Musis, quid non, acurè sentirent: atque ita ex optimarum potestate, in prauam theatri potentiam res ipsa desinit. Si enim popularis potentia solum liberorum hominum exstitisset, nullum utique magni incõmodum fuisset. Nunc autem ex musica nobis inceptit omnium ad omnia opinionum sapientiarum, præuicacitatemque secuta est & libertas. Intrepidum enim erant, quasi scientes hæc licentia impudentiam peperit. Nempe si melioris opinio propter audaciã non timetur, id ipsum penè perniciosum est impudentia, quæ à libertate quadam temeraria proficiscitur. MEG. Verissima loqueris. ATH. Hanc libertatem ea licentia sequitur, quæ facit ne magistratibus subesse velimus. Ex hac originem habet & illa per quam patris matrisque & seniorum seruitutem & præcepta cõtemnimus. Cùmque prope transgressiones huius extremum sumus, legibus quoque parere reculamus. In ipso autem extremo, iusturandum, fidem, & omnino deos negligimus. Vnde ad præcã illam Titianicamque reuoluti naturam, eadem illa iterum patiemur, dura que sæcula rursus degemus, nec maiorem finem vllum reperiemus. Sed cur hæc nobis dicta sunt? mihi videtur sermo velut equus vndique que relinquentur, nec tanquam os habens effrene, impetu abreptus, ab asino, iuxta proverbium excidat. Interrogandum est igitur, cuius causa hæc dicta sunt. MEG. Est utique. ATH. Hæc ergo illorum gratia diximus. MEG. Quorum? ATH. Diximus nempe ad tria quædam esse latori legum respicien-

dum, ut ciuitas quæ legibus instituit, libera sit sibi ipsi amica, & mentem habeat hæc dicta sunt, an non? MEG. Dicta profus. ATH. Propterea duas gubernationis species in mediũ adduximus, vnam in qua arcuissima seruitus, alteram in qua resoluta libertas. Consideramusque vtra rectè gubernaretur. Persæ nimis autem mediocritate alteri dominandi, alteri libertatis addita, felicitate nimium vtraque se habuisse: in felicitate verò, cum seruitus in altera, in altera libertas ad extremum vsque peruasit. MEG. Vera naras. ATH. Atqui huius quoque ipsius gratia Dorici exercitus constitutionem consideramus, & radices montu Dardani, habitacionemque maritimum, primos præterea illos, qui à vastitate diluuii relicti fuerunt, horumque causa de musica, de ebrietate, de que prioribus etiam habita nobis oratio est. Hæc enim omnia ob eam causam dicta sunt, ut intelligamus, quomodo optime gubernari ciuitas possit, & quo pacto priuati quilibet optime suam vitam disponant. Si vero quicquam operæ pretij fecerim, quænam nobis ipsi aduersus non, ô Megille & Clinia, redargutio erit? Clin. Ego mihi hospes videre quædam videor. Per oportune superiora omnia nobis dicta videntur. His enim ego quodammodo indigebam. Cõmodiamque ambo, tu dico & Megillus hic, me reperisti. Neque celebris vos quod mihi accidit. Quasi enim aurgorio his sermonibus confirmatus sum. Maxima profecto Cretensium pars coloniam deducere quendam cogitat, ac Gnosius eius rei curam committit. Gnosiorum verò ciuitas mihi aliis que nouem vni id mdat curandum. Leges autem ponere iubet, & quæ nobis ex Cretensibus placeant, & quæ aliunde colligi possint. Ediciteque nobis, ne peregrinas leges hircæcam, modo probentur. Nunc igitur & mihi & vobis hanc gratiam præbeamus. Cõllectis vndique legibus, oratione conandum ab initio ciuitatem. Sic enim & illud quod à nobis quaeritur, diligentiùs considerabitur, & mihi forsitan disputatio hæc ad futuram ciuitatis constitutionem conferet. ATH. Non bellum indicis, ô Clinia. Quare nisi id Megillo incõmodum, mea quidè pro viribus tibi parata sunt. Clin. Probè dicis. MEG. Ego quoque paratus sum. Clin. Optime modo dixisti. Quare conandum est primum oratione ciuitatem condere.

DIALOGVS QUARTVS DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE.

MARSILII CICINI ARGVMENTVM.

Quartus hic dialogus, quemzmoũ & tres superiores actus partem primam, in ipso conditorum legum consilio officio, versatur. Huius vero capitulum circa ciuitatis materiam atque formam materiam inquam situm, & compositionem, dispositionemque vrbis. Formam vero modum publicæ gubernationis & ordinem. At quoniam forma hæc formosa esse nunquam potest, nisi ciuitas animi sui formosissima in formis: à tenera potest, perque omnem vitam suorum ciuitum animis leges inuigilare iubetur. Materiam igitur ciuitatis pauces expediunt vrbis, formam vero eius & animorum ipsorum formationem accuratissime tractat, vbi potest qui præ animorum dignitate exteriora omnia quàm apud ipsam videatur, nibil perdit. Profectio Plato nosse si corporis esse medicum, in eligendo aere saluberrimo ad firmam validaque corporis habitudine conferre iucubere diligentiùs. Sed qui in